

OAPVT II.

TITVLI IMPERATORVM DOMVSQVE
IMPERATORIAE

(*addenda ad vol. I p. 22—187 n. 70—838*).

8893 imp. Caesari divi f., | Sicilia recepta, C. Papius Celsus, |
M. Papius Kanus fratres.

*Prope Naronam Dalmatiae rep. (III 14625 misit Patsch). 'Titulus haud
dubie a. 718 exeunte devicto Pompeio positus' Hirschfeld.*

8894 [*C. Marcius*] L. f. Censo[rinus | augu]r, [cos.¹ | lu]dos vo-
tivos pro [reditu | imp. Ca]esaris divi f. Aug[usti pont.] | maximi |
[Iovi opti]mo maximo [fecit | cum C. Asi]nio Gallo² [conlega] | ex s. c.

*Romae, incertum quo loco urbis rep. (Vaghieri bull. comunale 1903 p. 251
qui supplevit). — 1) A. 746. Titulus addendus similibus titulis annorum 741 et
747 supra N. 88. 95. — 2) Nomen Galli erasum et postea restitutum (cf. supra
N. 5923).*

8895 imp. Caesari divi f. Aug. | pont. max., trib. pot. XXI¹ |
sacrum, | Bracaraugustani. | Paulli Fabi Maximi leg. pro pr.² | natali³
dedicata est.

*Bracarae (Eph. ep. 8 p. 504 n. 280). — 1) A. 751/2. — 2) De Paullo Fabio
Maximo cf. supra N. 919. 8811. Ut legatus Caesaris in Hispania memoratur
etiam II 2581. — 3) Natali ipsius Fabii Maximi. Potuerunt oppidoni honori
legati id dare, ut ad statuam Augusti dedicandam illius natalem eligerent.*

8896 Caesari Augustó Liviae Augustae¹
Atespatus Crixi fil. v. s. l. m. Atespatus Crixi fil. v. s. l. m.

*Prope Moulins, ad locum dictum Neuilly-le-Réal (in finibus Arvernorum ut
videtur et Biturigum) rep., capita duo aenea, operis boni sed aliquantum rustici
nunc Parisiis (XIII 1366 vidit Hirschfeld; imáges Froehner Musées de France
tab. I. II). — 1) Contra omnem consuetudinem Livia vivo marito Augusta ap-
pellata, quod nomen post mortem mariti demum, cum Livia dici desisset, appellata
iam Iulia, ei tributum est.*